# GEMMÆ
# VIRTVTVM CARDINALIVM,
## Ignis Chariſmatici Scintillis,
## EX INFVLA
Perilluſtris Reverendiſſimi Domini,
## D. M. IACOBI
# ARAKIEŁO-
# WICZ
In Vniverſitate Zamoſcenſi S. Theologiæ Doctoris, Protonotarij Apoſtolici, Iudicis Surrogati, Eccleſiarum Cathedralis Premislienſis CANONICI, Inſignis Collegiatæ Zamoſcenſis DECANI INFVLATI, Kroſnenſis & Szczebrzeſinenſis Præpoſiti, Wiłkołazenſis, Kroſinecenſis Curati,
## FVLGVRANTES.
*Nec non*
Sacrô Verborum Contextu,
*Operâ*
M. STANISLAI DVNCZEWSKI, in Vniverſitáte Zamoſcenſi AA. LL. & Philoſophiæ Doctoris, Matheſeos Profeſſoris, S. T. R. Geometræ Iurati, Facultatum DECANI,
# APPRETIATÆ.
*Anno quô*
In fLore * pVLChra Vt LVna, eLeCta Vt ſoL, terrIbILs; Vt CaſtrorVM aCIes. *
**. Iob, cap. 8. Ver. 12. *. Cant. cap. 6. Ver. 9.*

Typis Vniverſitatis Zamoſcenſis.

Ad Stemma Emeritum
PERILLVSTRIS & REVERENDIS-
SIMI DOMINI

# INFULATI

P-18-f-289
2°-833



Quaſi plantatio ROSÆ in Iericho. *Eccl, 24 18,*
Et qvaſi ROSA ſuper rivos aqvarũ. *ibid, 39, 18,*
Florete Flores, date odorem & fron-
dete in gratiam. *ibid, V, 19.*

Perilluſtris & Reverendiſſime
# DOMINE INFVLATE.

SCimus, qvod lex ſpiritualis eſt (a) (a) Rom. 7.
Nos autẽ non ſpiritum hujus mundi accepimus, ſed Spiritum qvi ex DEO eſt: ut ſciamus qvæ à DEO donata ſunt nobis, qvæ & loqvimur, non indoctis humanæ ſapientiæ verbis, ſed in doctrina Spiritus, ſpiritualia ſpiritualibus cõparantes (b) Iuſti ſunt omnes ſermones (b) 1, Cor, 2;
mei, non eſt in eis pravũ qvid, neq; perverſum: recti ſunt intelligentibus, & æqvi invenientibus ſcientiã (c) Si qvis (c) Prov, 8;
apposuerit ad hæc, apponet DEVS ſuper illũ plagas ſcriptas in libro iſto. Et ſi qvis diminuerit de verbis libri hujus, auferet DEVS partem ejus de libro vitæ (d) Vobis datũ eſt noſſe Myſterium (d) Apoc, 22;
regni DEI, cæteris autem in parabolis, ut videntes non videant, & audientes non intelligãt (e) Reſpicite, quoniã non (e) Luc, 8;
mihi ſoli laboravi, ſed & omnibus exqvirentibus diſciplinam (f) Omnis ſer- (f) Iere, 36;
mo DEI ignitus clypeus eſt omnibus ſperantibus in ſe (g) Hoc eſt qvod lo- (g) Prov. 30.

cutus eſt Dominus; Sanctificabor in ijs, qvi appropinqvant mihi, & in conſpe-
(h) Levit, 10, ctu omnis populi glorificabor. (h) Pre
(i) Deut, 4. sbytero humilia animam tuam (i) In tota anima tua time DEVM, & Sacerdo
(k) ibid, 7, tes illius ſanctifica (k) In omni virtute
ibid, tua dilige eum & Miniſtros ejus ne derelinqvas. Honorifica Sacerdotes, Da illis partem, ſicut mandatum eſt tibi.
ibid, Qvi bene præſunt Presbyteri, duplici
(l) 2. Tim, 5, honore digni habentur. (l) Bonorum
(m) Sap, 3, operũ glorioſus eſt fructus (m) Laudemus viros præclaros, & qvibus prognati ſumus majores noſtros. Homines divites in virtute pulchritudinis ſtudiũ habentes, pacificantes in domibus ſuis. Sapientiam ipſorum narrent populi, & laudem eorum nuntiet Eccesia
(n) Eccl, 44, (n) Laudet te alienus, & non os tuum:
(o) Prov, 27, extraneus & non labia tua (o) In corde meo abſcondi eloqvia, ut non peccem
(p) Pſal, 118, tibi (p) Tolle volumen libri (q) Et me-
(q) Iere, 36, (r) Pſal, 118, mor eſto verbi ſervo tuo (r)

A: O.

# GEMMA PRVDENTIÆ

*Gemma præſtantiſſima expectatio præſtolantis:*
*qvocunq; ſe vertit, prudenter intelligit.* *Prov. 7. 8.*

# B E A T V S

## qvi invenit ſapientiam. *Ibid. 3. 15*

Pretioſior eſt cunctis opibus,
& omnia qvæ deſiderantur,
huic non valent comparari.
Longitudo dierum in dextera ejus, *ibid. V 15*
& in ſiniſtra illius divitiæ & gloria. *ibid. V 16.*
Si intraverit cor tuum & animæ tuæ placuerit,
conſilium cuſtodit te, & prudentia ſervabit te. *ibid 2. 11*
*Melior eſt ſapientia, qvàm arma bellica,* *Eccl. 9 18.*
*& vir prudens, qvàm fortis.* *Sap. 6. 1.*
Num qvid non Sapientia clamitat?
& prudentia dat vocem ſuam?
in ſummis, excelſisq; verticibus. *Prov. 8. 1.*
*Gloriam Sapientes poſſidebunt:*
*ſtultorum exultatio ignominia.* *ibid. 3. 35.*

## Prudentiam tuã oſtendiſti plurimam: *Iob, 26, 3,*

# O! I A C O B, *Deut, 33, 10.*

Sacerdos DEI Altiſſimi.
*Gent, 14 18,*
Sicut dies juventutis tuæ, ita & ſenectus tua, *Deut, 33, 25,*

## qvaſi Flos Roſarum. *Eccli. 50, 8,*

M A T E R T V A, (†)
qvaſi vinea in ſangvine tuo, *Ezech. 19. 10,*

## ſuper aqvam plantata eſt.

Factæ ſunt ei virgæ ſolidæ in SCEPTRA.
In terra bona ſuper aquas multas plantata,
ut faciat frondes, & portet fructum,
ut ſit in vineam grandem. *Ezech, 17. 8.*

## Mater tua, *ibid, 19. 10.*

(†) *Academia Cracovienſis, ubi ſtuduit & Doctor creatus.*

*ibid. 17. 3.* Aqvila grandis magnarum alarum,
*ibid. V 5.* tulit de ſemine ut firmaret radicem,
*ibid. V 6.* & fructificavit in palmites:
*(a) Iudi. 3. 17* Obtulit munera (*a*) ſupra tempus capitis ejus (*b*)
*(b) ibid. 4. 21.* immarceſcibilem gloriæ coronam (*c*)
*(c) 1. Petr. 5. 4* ſapientiam Præſtans parvulis. (*d*)
*(d) Pſal. 18. 8.* Tulit annulum de manu ſua,
*(e) Ioſe. 41. 42* & dedit eum in manu ejus. (*e*)
*Geneſ. 3. 13.* Omnibus diebus vitæ tuæ,
*2 Paralip. 9. 6.* viciſti famam virtutibus tuis,
*Pſalm. 20. 6.* gloriam & magnum decorem.
*Exod. 3. 21.* DEVS IACOB,
veſtivit eum ſtola byſſina,
*Ioſep. 41. 42.* & collo torqvem auream circumpoſuit:
*Habac. 3. 11.* In ſplendore fulgurantis HASTÆ,
*Sapi. 6. 13.* Clara & qvæ nunqvam marceſcit ſapientia;
in perpetuum coronata triumphat,
*Sapie. 4. 2.* incoinqvinatorum certaminum præmia vincens.
Immortalis eſt memoria illius:
qvoniam & apud DEVM nota eſt,
*Ibid. V. 1.* & apud homines.
*Habac. 3. 11.* Sol & LVNA (*A*) ſteterunt in habitaculo ſuo,
*Iob. 7. 17.* erga Eum.
*Mach. 11. 8.* EQVES Armis aureis HASTAM vibrans,
*Pſal. 103.* Amictus lumine ſicut veſtimento,
*Iudic. 11. 20.* fortiter reſiſtebat.
Numqvid ſapientiorem, & conſimilem tui,
invenire potero?
Tu eris ſuper Domum meam:
*Ioſep. 41. 39.* unô tantum Regni ſoliô te præcedam.
*& 40.* Suſcitabo mihi Sacerdotem fidelem,
*1. Reg. 2. 35.* qvi juxta cor meum faciet.
*Iudi. 20. 30.* Impoſuit MITRAM ſuper Caput,
*Cant. 5. 11.* Caput aurum optimum,
*Prov. 1. 1x.* ut addatur gratia Capiti tuo.

*(A) Splendores Illuſtriſſimæ Domûs Zamoyſcianæ.*

*Labia juſti erudiunt plurimos;*
*qvi autem indocti ſunt, in cordis egeſtate morientur.* *ibid. 10, 21.*
*Doctrina ſua noſcitur vir;*
*qvi vanus & excors eſt, patebit contemptui.* *ibid. 12, 8.*

# Cuſtodierunt eloqvium tuum,

# O! I A C O B,

ponent thymiama & holocauſtū ſuper Altare tuū. *Deut. 33, 10.*
CHRISTVS Caput Eccleſiæ. *Epheſ. 5, 23.*
In omnibus vijs tuis, *Prov. 3, 6.*
Semita recta, rectus callis ad ambulandum. *Eſai. 26, 7.*

## Vir juſtus atq; perfectus (*)

fuit in generationibus, cum DEO ambulavit. *Geneſ. 6, 9.*

## Romæ fuerat ut Aqvilæ juventus tua *1. Mac. 1, 11* *Pſal. 103 5.*

viæ ejus viæ pulchræ, *Prov. 3. 17.*
& omnes ſemitæ ejus pacificæ.
Erit tibi ſemita, & via ſancta vocabitur, *Iſai. 35, 8.*
in qva ambulaſti. *Jere. 31, 21.*
*Quaſi lux, ſplendens procedit,*
*& creſcit uſq; ad perfectam diem.* *Prov. 4, 18.*

## Gratia faucibus tuis,

& qvi tenuerit eam beatus. *ibid. 3, 22.*
Comede mel, qvia bonum eſt, *ibid. 24, 13.*
& favum dulciſſimum gutturi tuo:
ſic & doctrina ſapientiæ animæ tuæ. *ibid. V 14.*
Fructus ſenſus illius laudabilis, *Eccli. 37, 25*
ex ore ejus prudentia & ſcientia. *Prove. 2, 6.*
Audiens ſapiens, ſapientior erit: *ibid. 1, 5.*
Adoleſcenti ſcientia & intellectus. *ibid. V. 4.*
Dic Sapientiæ, ſoror mea es:
& prudentiam voca animam tuam. *ibid. 7, 4.*
Mecum eſt conſilium & æqvitas, *ibid. 8, 14.*
mea eſt prudentia, mea eſt fortitudo. *ibid. V. 18.*
Mecum ſunt divitiæ & gloria.
Melior eſt fructus meus, auro & lapide pretioſo. *ibid. V. 19.*

(*) *Cum peregrinatione ageret Romā, & exteras Nationes.*

Sap. 7. 14. *Infinitus theſaurus eſt ſapientia.*
*Qvoniam omne aurum in comparatione illius,*
ibid, V. 9, *arena eſt exigua.*
Eſt enim hæc præſtantior Sole,
& ſuper omnem diſpoſitionem ſtellarum,
ibid, V. 29, luci comparata invenitur prior.
*Eſt in illa Spiritus intellientiæ ſanctus,*
ibid, V. 22. *unicus multiplex.*
ibid, V, 27, *Qvum ſit una, omnia poteſt.*
Eccl, 1, 10, Effudit illam ſuper omnia opera ſua,
Iacob, 1, 1, I A C O B V S.
Ad ſciendam ſapientiam & diſciplinam,
ad intelligenda verba prudentiæ,
& ſuſcipiendam eruditionem doctrinæ,
Pro, 1, 2, 3. Iuſtitiam & Iudicia & Æquitatem,
Eccl, 1, 10, effudit illam.
Luc, 2, 46, In medio Doctorum,
Ioan, 5, 35, Ille erat lucerna ardens & lucens.
Matt, 10, 25, Sufficit diſcipulo, ut ſit ſicut Magiſter ejus,
Luc, 6, 40, perfectus omnis erit.
Deut, 34, 2, Vſq; ad mare noviſſimum,
Prov, 18, 4, aqva profunda verba ex ore Viri:
& torrens redundans fons ſapientiæ.
Favus mellis eſt, amœnus ſermo,
ibid, 16, 24, dulcedo animæ & oſſium medella.
Eccli, 22, 6, Doctrina in omni tempore ſapientia.
Divini fructus,
ibid, 39, 17, qvaſi ROSA plantata ſuper rivos.
2, Paral, 9, 8, Sit Dominus DEVS benedictus,
qvi voluit te ordinare ſuper thonum ſuum.
Qvi dedit Filium ſapientem,
& eruditum, & ſenſatum, atq; prudentem,
ut ædificaret Domum Domini,
Sal, 2, 12. & palatium ſibi.

GEMMA TEM-

# GEMMA TEMPERANTIÆ

*Gemmula carbunculi in ornamento auri; & comparatio muſicorum in convivio vini.* Eccli, 32, 7, 8

## Panis & Aqva, initium vitæ hominis. ibid, 29, 28;

Anima ſaturata calcabit favum,
anima eſuriens, etiam amarum pro dulci ſumet. Prov. 27, 7,
*Juſtus comedit & replet animam ſuam,*
*venter autem impiorum inſaturabilis.* ibid, 13, 25.
Ab infantia timere DEVM, & abſtinere ab omni peccato Tob, 1, 10.

## Tobias filium docuit. ibid, V. 1, 9. & 10,

*Qvi abſtinens eſt, adiiciet ſibi vitam.* Eccli, 37, 34
*Labores hujus magnas habent virtutes:*
*Sobrietatem enim & prudentiam docet,*
*qvibus nihil eſt utilius in vita hominis.* Sap, 8, 7,
Somnô ſalubri fruuntur viſcera temperantis,
mane ſurgit idem, & compos eſt animi:
cholera, torſioneſq; exercent hominem inſaciabilē. Eccli, 31, 23
Omnis labor in ore ejus, ſed anima ejus
non implebitur bonis. ibid, 6. 7,
*Væ vobis qvi ſaturati eſtis (a) beati qvi eſuriunt. (b)* Luc, 6, 25.
*Qvi voluerit animam ſuam ſalvam facere perdet eam:* (b) Matt, 5, 6
*qvi autem perdiderit, inveniet eam.* ibid, 16. 25,
*Luxurioſa res vinum (c) tumultuoſa ebrietas: (d)* (c) Prov, 20, 1,
Oculi tui videbunt externa: cor tuū loqvetur perverſa, (d) ibid, V. 1,
& eris ſicut dormiens in medio mari,
& qvaſi ſopitus gubernator amiſſô clavô. ibid, 23. 33
Coronemus nos roſis anteqvam marceſcant,
nullum pratum ſit, qvod non tranſeat luxuria noſtra. Sap, 2, 8, 9;
Væ coronæ ſuperbiæ ebrijs Ephraim,
& flori decidenti, & gloriæ exultationis ejus. Eſa, 28, 1;
*Ebrietatis animoſitas imprudentis offenſio,*
*minorans virtutem, & faciens vulnera.* Eccli, 31, 40.
Sicut ignis probat ferrum durum,

ibid, V, 31, ſic vinum corda arguet in ebrietate potantium·

ibid, V. 37, *Sobrius potus, ſanitas eſt animæ & corporis.*

*Vinum bibere ſemper, aut bibere aqvam, contrarium eſt:*

2, Mac, 15, 40 *alternis autem uti, delectabile.*

Væ qvi conſurgitis mane ad ebrietatem ſectandam,

Iſaia, 5 11, & potandum uſq; ad veſperum, ut æſtuetis.

Cithara & lyra, tympanum, & tibia, & vinum

ibid, V. 12, in convivijs veſtris, & opus Domini non reſpicitis.

Eccli, 31, 30, Multos exterminavit vinum.

Cum ſplenduerit in vitro, color ejus ingreditur blandè

& in noviſſimo mordebit ut coluber,

Prov, 23, 31, & ſicut regulus venena diffundet.

ibid, 23. 21. *Vacantes potibus & dantes ſymbola conſumentur.*

Prov, 11, 25, *Qvi inebriat, ipſe qvoq; inebriabitur.*

Qui potum dat amico ſuo, mittens fel ſuum,

ut aſpiciat nuditatem ejus,

repletus eſt ignominiâ pro gloriâ:

Bibe tu qvoq; & conſopire: circumdabit te calix

Habac, 2. 15 dexteræ Domini, & vomitus ignominiæ ſuper gloriã.

Bibite & inebriamini, vomite & cadite,

Iere, 15, 27. neq; ſurgatis conſurgere à facie gladij.

1, Reg. 15, 43, Guſtans guſtavi paululũ, & ecce morior, ait Ionathas.

Anima noſtra arida, nihil reſpiciunt oculi noſtri,

niſi Manna. ( gnâ.

Num. 11. 7, Et ecce furor Domini concitatus percuſſit eos plagâ ma-

& V. 33.

Timot. 2. 12, Sobriè, juſtè, & piè,

1 Pet, 2 11. abſtinere à deſiderijs, qvæ militant adverſus animam,

(a) Ioan. 5. 65. ſciebat ab initio (*a*) uſq; ad conſumationem ſæculi. (*b*)

(b) Matt, 28,

Acto. 1, 13. I A C O B V S

ibid, 13. 22. Vir ſecundum cor D E I. (*c*)

(e) Cant. 6, 2. Paſcitur inter lilia (*e*) & florebit qvaſi lilium. (*f*)

(f) Iſai, 55. 1. Simon Oniæ filius, Sacerdos magnus,

Eccls, 50, 1. in diebus ſuis corroboravit Templum,

ibid, V, 5. adeptus eſt gloriam.

Qvaſi ſtella matutina in medio nebulæ,

ibid. V, 6, & Luna plena in diebus ſuis lucet.

Qvaſi Sol, ſic ille effulſit, in Templo D E I,

Qvaſi Arcus inter nebulas gloriæ.
Flos ROSARVM in diebus vernis,
lilia in tranſitu aqvæ, & thus redolens indiebꝰ æſtatis. *ibid, V, 8,*
Ignis effulgens, vas auri ſolidum, ornatum omni lapide pretioſo. *ibid, V, 9. & 10*
Qvaſi Cypreſſus in altitudinem ſe extollens,
in accipiendo ipſum ſtolam gloriæ,
& veſtiri eum conſummatione virtutis. *ibid, V, 11;*
In aſcenſu Altaris ſancti, gloria dedit ſanctitatis anictū. *ibid, V, 12*

## Circa illum Corona Fratrum: (✝)

qvaſi plantatio Cedri in monte Libano. *ibid, V, 14,*

## Qvaſi rami Palmæ,

& omnes filij Aaron in gloria ſua. *ibid, V, 15,*
Examen apum in ore Leonis, ac favus mellis. *Iudic, 14. 8,*
Guttur illius ſvaviſſimum, & totus deſiderabilis. *Cant, 5. 16,*
In medio ignis non æſtuatus (*a*) AZARIAS (*b*) *Eccli. 51, 6,*
& in flamma ignis devorantis. (*c*) *(b) Dan 3, 25*
*(c) Iſai, 30, 31,*
A lingva coinqvinata & à verbo mendácij (*d*) *(d) Eccl 51 7*
abominata eſt anima tua. (*e*) *(e) Iere 14. 19*

## O! IACOB (*f*)

*(f Deut 33, 10*
*(g Cant 8 6,*
Fortis eſt ut mors dilectio, (*g*) dilectio DEI (*h*) *(h) Eccli 1, 14*
in omni virtute tua. (*i*) *(i) ibid, 7, 32,*

## Qvid dicis de te ipſo?

*2, Corint, 5,*
Vivo ego, iam non ego, vivit verò in me CHRISTVS,
& mihi vivere CHRISTVS eſt. *Galat, 2, 20,*
Omnia detrimentum feci, ut Chriſtū lucrifaciā. *Philip, 3 8,*
Argentum & aurum nullius concupivi. *Acto, 20, 33,*
Avaritia nec nominetur, ſicut decet ſanctos. *Epheſ. 5,*
Muſica importuna narratio. *Eccli, 22, 6*
*Benedictio Domini divites facit,*
*nec ſociabitur eis afflictio.* *Prov, 10, 22.*
*Omne qvod natum ex DEO, vincit mundum.* *1. Ioan, 5, 4,*
Qvis eſt autem qvi vincit mundum? *ibid, V. 5,*
Lampas conptempta apud cogitationes divitum,
parata ad tempus ſtatutum. *Iob, 12, 5.*

(✝) *Collegiata Zamoſcenſis & Sacerdotes ejus.*

Ioan. 5, 4, vincit mundum,

(a)Num, 20, **SIMPHORIANVS**

(b) Gen 14. **FRATER TVVS** (a)

(c) Iſai, 6, 2,

(d)Prov, 17, Sacerdos DEI Altiſſimi (b) unus de Seraphim (c)

27, (e)ibid, 24 Pretioſi ſpiritus Vir eruditus (d)

5. (f)ibid, 15, Vir ſapiens (e) Vir prudens (f) Vir conſilij (g)

21, (g) Eccli 22, 22, (h) **Vir magnus.** (h)

Eſth, 11, 3, (i)

Luc, 12, 15. Non in abundantia vita ejus eſt. (i)

(k)Prov, 11, (k) Non proderunt enim divitiæ in die ultionis.

4, (l) Iſai, 33, Divitiæ ſalutis ſapientia & ſcientia:

6. timor Domini ipſe theſaurus ejus. (l)

Itaq; FRATRES (†) mortificati eſtis,

Rom 7, 4. ut ſitis alterius, qvi ex mortuis reſurrexit.

Gal, 5, 22. *Fructus ſpiritus eſt charitas, gaudium, pax, patientia.*

Prov 14, 24. *Corona ſapientium; divitiæ eorum.*

*Ignis indomo impÿ theſauri, & menſura minor*

Mih, 6, 10. *iræ plena.*

1, Ioan. 5, 19. *Mundus totus in maligno poſitus.*

Eccl. 1, 2, *Vanitas vanitatum, & omnia vanitas.*

Pſal. 86, 3. **Glorioſa dicta ſunt dete:**

Gala, 6, 14. Mihi mundus crucifixus, & ego mundo.

1, Tim, 1, 12, Confortavit CHRISTVS

Matt, 4, 21. **IACOBVM & IOANNEM.**

Sobrij, pudici, prudentes, ſani in fide, in dile-

Tit, 2, V, 2. & c, 25. ctione, in patientia.

Sap, 4. 9. *Cani ſunt ſenſus hominis, & ætas ſenectutis*

*vita immaculata.*

Pſal. 21. 24. Sicut ſtellas Cæli (a) glorificate.

Prov, 17, 6. Corona filij filiorum.

*Videbam vitem, in qva erant tres propagines,*

Gene. 40, 10. *creſcere paulatim in gemmas.*

Salo, 2. 12. **Benedictus Dominus DEVS,**

2 Paralip 9, 8 qvi voluit te ordinre Sacerdotem,

1, Tim 3. 3. **Modeſtum, non litiginoſum, non cupidum,**

&, 4. **Domui bene præpoſitum.**

(†) *Seraphici Ordinis S. Franciſci PP. Reformatorum.*

KSIĘGOZBIÓR
MARCINA ZAMOYSKIEGO

KSIĘGOZBIÓR
MARCINA ZAMOYSKIEGO

KZ

# GEMMA IVSTITIÆ

*Rationale judicij facies, ex auro & hyacintho, poneſq; in eo quatuor ordines lapidum.* Exod 28. 15, 17, ad 20.

## Margaritum fulgens, qui arguit. Prov. 25. 12.

Hæc ſunt quæ accipere debebitis, Exo. 25. 3.

Lapides & Gemmas,

ad ornandum Ephod & Rationale. ibid V. 7.

Non accipies munera, quæ excæcant Sapientiam. Exo. 23. 8.

Non conſideres perſonam pauperis,

nec honores vultum potentis, juſte judica proximo. Levit 19, 15.

Ita parvum audies, ut magnum, Deut. 1. 17.

*Nulla erit diſtantia perſonarum.*

*DEVS magnus, potens, terribilis,*

*facit judicium pupillo, & viduæ.* ibid. 10. 18.

Non eſt apud Dominum noſtrum iniquitas,

nec perſonarum acceptio, nec cupido munerum. 2. Paral. 19. 7.

*Ignis devorabit tabernacula eorum,*

*qui libenter accipiunt.* Iob. 15. 34.

Maledictus qui accipit munera. Deut. 27. 25.

nec juxta intuitum hominis ego judico. 1. Reg. 16. 7.

Non eſt bonum, ut declines à veritate, Prov. 18, 5.

*Væ qui juſtificatis impium!* Iſai. 5. 20.

*Væ illis, qui in viam Cain abierunt!*

*qua deceptus fuit Balaam.* Iuda. V. 11.

Non ſubtrahet cujuſquam DEVS,

nec verebitur magnitudinem cujuſquam:

puſillum & magnum ipſe fecit,

æqualiter cura eſt illi de omnibus. Sap. 6. 8.

Sic loquimini & ſic facite,

ſicut per legem libertatis incipientes judicari. Iacob. 2. 12.

*Qui agnoſcit in judicio faciem, non bene facit iſte,*

*& pro buccella panis deſerit veritatem.* Prov. 28. 21.

*Victoriam & honorem acquiret,*

*animam autem aufert,* ibid. 22. 9.

D Eſt

*Eccli, 20, 24,* Eſt qui perdet animam ſuam præ confuſione,
& ab impudenti perſona perdet eam.
*Prov, 9, 7, & 24, 25.* *Qui arguunt impium, laudabuntur,*
*venietq́ſ ſuper eos benedictio.*
*Qui excutit manus ſuas ab omni munere,*
*Iſaia 33, 16,* *iſte in excelſis habitabit.*

*Deut, 33, 10,* Iudicia tua O! IACOB,

*Prov, 8, 18,* Opes ſuperbæ & juſtitia.
*ibid, 6, 23,* Mandatum lucerna, & lex lux, & via vitæ increpatio.
*Iob, 1, 4,* Cum eſſet junior, nil puerile geſſit.
*2, Tim, 4, 8,* In reliquo, repoſita eſt Corona juſtitiæ.
*Iſaia 45, 26,* In Domino juſtificabitur & laudabitur,
*Pſal, 28, 6,* quemadmodum Filius VNICORNIVM, (†)
*Num, 24, 8,* cujus fortitudo ſimilis eſt Rhinocerotis.
Non AVDITOR obliviosus factus,
*Iacob 1, 25.* qui perſpexerit in lege, & permanſerit in ea,
beatus in facto ſuo.
Dan coluber in via, ceraſtes in ſemita,
*Gen, 49, 17,* mordens ungulas equi, ut cadat aſcenſor ejus retrò.
Ioſue cum Principibus (*a*) Eleazar cum Salphad (*b*)
Abraam cum Lot (*c*)
David (*d*) Tobias (*e*) Nicodemus (*f*) IACOB. (*g*)
Iuſtè, quod juſtum eſt perſequeris (*h*)
Inter Sangvinem & Sangvinem,
Cauſam & cauſam, lepram & non lepram (*i*)
In pondere & menſura (*k*)
Secundum opera eorum & ſecundum facta, (*l*)
judicas populos in æquitate. (*m*)
Argentum eorum, & aurum eorum non valebit. (*n*)
quoniam judicium eſt ſecundum veritatem (*o*)
Annuntiabunt Cæli juſtitiam ejus, (*p*)
Accipiet Coronam Vitæ,
qnam repromiſit DEVS diligentibus ſe. (*q*)
Non eſt perſonarum acceptio, nec cupido munerũ (*r*)
Sive Paulus, ſive Apollo, ſive Cephas. (*s*)

*(a) Ioſu, 9, 19 (b) Nume, 27, 7, (c) Gen, 13, 8, (d) 1, Sam, 26, 23, & 30, 32, &c, (e) Tob, 2, 29, & 20, 21, (f) Ioan. 7, 51, (g) Gene, 30, 31 &c. (h) Deut, 16, 20, (i) Deut, 17, 8. (k) Iſaia 28, 17. (l) Ierem, 25, 14. (m) Pſal 66, 5, (n) Ezech, 7, 19, (o) Rom 2, 2, (p) Pſal, 21, 32, (q) Iaco, 1, 12. (r) 2, Paralip, 19. (ſ) Corint, 3, 22.*

(✱) *Quemadmodum ille pientiſſ. Antiſtes, de Stemmate Rhinocerotis; cujus erat, Auditor Creatus.*

Quaſi hortus voluptatis coram eo,
& poſt eum ſolitudo deſerti. *Ioël, 2, 3;*
Cadentes adorate Statuam auream *Dani, 3, 5,*
Deos aureos (*a*) atq; vitulos (*b*) dona tribuentis (*c*) *(a) Exo. 32,*
adorate. (*d*) *31, (b) 2. Para*
Cum vidiſſet iſta, confregit teſtimonij Tabulas (*e*) *13. 8 (c) Prov 19, 6, (d) Dan*
iratuſq; valde Moyſes (*f*) IACOBVS (*g*) *3, 5 (e) Exo. 32*
Dilectus quemadmodum Filius VNICORNIVM (*h*) *& Deut, 9,*
Fecit ſerpentem æneum, *(f) ibid, V, 19. (g) Matt. 10 3.*
& poſuit eum pro ſigno (*i*) Prudentiæ (*k*) *(h) Pſal. 28, 6, (i) Num, 21, 9,*
qvem cum percuſſi aſpicerent, ſanabantur. (*l*) *(k) Matt, 10, 16*
Fecit Lucernam de ſuper auream, & forcipes aureos (*m*) *(l) Num, 21, 9.*
ſuper candelabrum ut luceant; (*n*) ut emundent (*o*) *(m) 3. Reg, 7, 49, (n) Matt,*
ab omni iniqvitate (*p*) *5. 15. (o) Ezech*
Invenit Virgam Aaron in Domo Levi. (*q*) *39. 14 (p) Jere*
Anima Ionathæ conglutinata eſt animæ David (*†*) *33. 8.*
& dilexit eum Ionathas, qvaſi animam ſuam. *1, Reg. 18. 1,*
Erat pax inter Hiram & Salomonem,
percuſſerunt ambo fædus. *3, Reg, 5, 12,*
Plantati in Domo Domini, in atriis Domus DEI, *Pſal. 91, 14;*
Omnes Filij Aaron Sacerdotes, *Levit. 3, 2,*
Videntes conſtantiam Petri (*a*) diligebant eum (*b*) *(a) Acto 4, 13, (b) Tob, 1, 23,*
Vinea Domini exercituum, (*)
& Viri germen ejus delectabile, *Iſaia 5, 7,*
Vox clamantis IOANNES in deſerto. *Matt, 3, 1, 3,*
Omnis Arbor bona, omne Lignum fructiferum: *ibid, 7, 17,*
Quaſi Cypreſſus in altitudinem ſe extollens, *Eccli, 50, 11.*
& folia Ligni ad ſanitatem Gentium. *Apoc. 22, 4,*
(*A*) Caſtrorum acies ordinata (*a*) MARIA (*b*) *(a) Cant, 6, 3. (b) Matt, 13 55*
ante Tabernaculum fæderis Moyſes, & Aaron,
habentes cuſtodiam Sanctuarij. *Num, 3, 38,*
Vniverſa ſupellex Domûs Libani deauro puriſſimo *3. Reg, 10, 21,*
Leones & Herubim (*a*) Opus Regis Salomonis *(a) ibid, 7, 29,*
in Templo DEI. *ibid, V, 40,*
Tamquam Sidera Cæli in multitudine, *Hebr, 11. 12;*

(+) *Expreſſio affectus, Antiſtitis Premiſlien: erga Eundem & viciſſim.*
(*) *Cathedra Premiſlienſis cum ſuis Prælatis & Canonicis (A) Stemma Capituli B. V. M.*

(b) *Ioan, 1, 5,* & lux in tenebris lucet, (*b*) ſic lux Veſtra corã hominibus (*c*)
(c) *Matt, 5, 6,* *Non poteſt Civitas abſcondi ſuper montem poſita,*
*ibid. V. 15, 16,* *neq; lucernam ponunt ſub modio, ſed ſuper candelabrum,*
*Cant, 6, 9,* Pulchra ut Luna, electa ut Sol,
(a) *Ecli 38. 19,* Cooperit Virtutem (*a*) lumine, ſicut veſtimento. (*b*)
(b) *Pſal, 103, 2,*
*Num, 7, 6, 9,* Sument de ſuper pallium hyacinthinum,
*Sapien, 5, 15,* Accipient Regnum decoris & diadema ſpeciei.
*2. Reg. 23, 8.* David ſedens in CATHEDRA Sapientiſſimus,
*Iſaia 64, 5.* Occurriſti lætanti & facienti juſtitiam,
*Deut, 33, 10,* O! IACOB.
*Iſaia 64, 5,* In vijs tuis, recordabuntur tui.
Timuerunt, videntes Sapientiam DEI eſſe in eo,
*3, Reg. 3, 28,* ad faciendum judicium.
*Mar, 12, 17.* Quæ ſunt Cæſaris, Cæſari: quæ ſunt DEI, DEO.
*Afferte gladium.*
*Dividite infantem vivum in duas partes,*
*Et date dimidiam partẽ uni, & dimidiam partẽ alteri,*
*3. Reg, 5, 24. & 25.* *Vnicuiq; quod ſuúm eſt.*
*Pſal, 91, 13.* Iuſtus ut Palma florebit, & ſicut Cedrus Libani.
Turris fortiſſima Nomen Domini,
*Prov, 18, 10.* ad ipſum currit, & exaltabitur.
*ibid, 28, 1,* Quaſi Leo confidens abſq; terrore erit,
*Beati qui cuſtodiunt judicium,*
*Pſal, 105, 3,* *& faciunt juſtitiam in omni tempore.*
*Sap, 1, 15.* *Juſtitia enim perpetua eſt & immortalis,*
*Eccli, 30, 15,* *melior omni aurô & argentô.*
*Prov, 16, 5.* *Accepta eſt apud Deum magis, quã immolare hoſtias.*
*ibid, 10, 20.* *Argentum electum lingva juſti, os juſti parturit Sapientiã.*
*ibid, 21, 16,* *Opus juſti ad vitam: fructus impÿ ad peccatum.*
Filij Sion exultate, & lætamini in Domino,
*Ioël, 2, 23,* quia dedit vobis DOCTOREM juſtitiæ.
Exaltent eum in Eccleſia,
*Pſal, 106, 32.* & in CATHEDRA Seniorum, laudent eum.

GEMMA FOR-

# GEMMA FORTITVDINIS.

*Fundamenta muri, omnî lapide pretioſô ornata, & duodecim portæ: duodecim margaritæ ſunt.* Apoc, 21, 19, & 21.

5

Nobiles qui via Regia procedunt.
Eſt autem Regia via, Fortitudo cum Conſtantia. S. Augu, ſup. Iſai.
Qui ſperant in Domino, mutabunt fortitudinem,
aſſument pennas, ut Aquilæ, current & non laborabunt,
ambulabunt & non deficient. Iſaia 40, 31.
Confortamini & nolite timere. ibid, 35, 3.
Cum armatus cuſtodit atrium ſuum,
in pace ſunt ea qvæ poſſidet. Luc, 11, 21.
Qui habitat in adjutorio Altiſſimi,
in protectione DEI commorabitur. Pſal, 90, 1.
A Sagitta volante ſcuto cirucmdabit te veritas ejus ibid, V. 5, 6.
Conforta lumbos, robora virtutem. Nahu, 2, 1.
*Melior eſt canis, mortuo Leone.* Eccl, 9, 4.
Ne paveas repentinos terrores
& irruentes tibi potentia impiorum. Prov. 3, 25.
*Fugit impius nemine perſeqvente,*
*juſtus verò, qvaſi Leo confidens, ad nullius pavebit occurſū.* ibid. 28, & 30.
Si DEVS pro nobis, qvis contra nos? Rom, 8, 31.
Super aſpidem & baſiliſcum ambulabis,
& conculcabis Leonem & Draconem. Pſal, 90, 13.
Cadent à latere tuo mille, & decem
millia à dextris tuis. ibid, V, 7.
*Fortitudo ſimplicis via Domini,*
*& pavor his qvi operantur malum.* Prov, 10, 29.
Ego tecum ſum, ut ſalutem te (†)
Cum tranſieris per aqvas, te cum ero,
& flumina non operient te.
Cum ambulaveris in igne, non combureris,
& flamma non ardebit in te. Iſaia 43, 2.

(†) *Ait Dominus DEVS.*

E

*Iſaiæ 44 3,* Sanctus Iſràél Salvator tuus

O! I A C O B.

*Deut, 33 10,*
*(a) Gen, 1418,* Sacerdos Altiſſimi(a)LucernaDEI(b)
*(b) 1, Reg. 3, 3*
*(c) 3 Reg 13, 24* Leo in via(c) Fortitudo Moyſis. (d)
*Exo, 90, 15*

Angelis ſuis mandavit de te,

*Pſal. 90, 11,* ut cuſtodiant te in omnibus vijs tuis.

*Joan, 1, 22,* Quid dicis de te ipſo?

*Exo, 15, 2,* Fortitudo mea & laus mea Dominus,

*Iſaiæ 12, 2,* factus eſt mihi in ſalutem.

*ibid. 49 5,* DEVS meus factus eſt fortitudo mea.

Scio ſaturari & eſurire, abundare & pati,

*Philp, 4,* omnia poſſum in eo.

*1, Petr, 5,* *Modicum paſſos ipſe perficiet confortabit ſolidabitq;*

*Matt, 3, 12,* Ecce vox de Cælo dicentis:

Hic eſt filius meus dilectus, in qvo complacui.

*Malac, 1, 3.* Dilexi I A C O B.

*Rom, 8, 14,* *Qvicunq; enim Spiritu DEI aguntur, hi ſunt Filij DEI.*
*Malac, 1, 3*

*Job, 1, 4,* Cum eſſet junior, nihil puerile geſſit in opere.

Angelus de Cælô

*(a) Iſa 41, 6,* confortavit eũ (*a*) qvi dat laſſo virtutẽ & robur multiplicat.

*ibid 40,* Abijt I A C O B in itinere: fueruntqve ei

obviam Angeli.

*Jac, 32, 1,*

*2 Tim, 1, 16,* Cum Romã veniſſet, ſollicite Paulũ qvæſijt, & invenit,

*Matt, 10, 2,* Duodecem Apoſtolorum nomina,

*(a) Mich 4, 13*
*(b) Exo. 34, 28,* & fortitudinem eorum,(*a*) ſcripſit in tabulis (*b*)

*(c) Joſu, 8, 32,* Scripſit ſuper lapides, (*c*)in libro vitæ. (*d*)

*(d) Apoc. 21. 27* Omnibus qvi ſunt Romæ, dilectis DEI(*e*) cõplacuit (*f*)

*(e) Rom, 1, 7,*
*(f) 1, Mac 14,* Dominus IACOB adjutor ejus (*g*)

*46, (g) Pſal,* Fortitudo in tribulatione, ſpes in turbine,

*145 5,*
umbraculum ab æſtu.

*Iſaia 25, 4,*

Cor ejus perfectum,

*3, Reg, 15 3,* fecit Solium eburneum grande,

*2, Par, 9, 17,* & veſtivit illud aurô mundiſſimô.

Conſtituit duos Leones ſtantes juxta brahia,

*S, Aug, l, Iſa.* Fortitudinem cum Conſtantia.

Non eſt diſcipulus ſupra Magiſtrum. *Matt, 10, 24.*
Diſcatis ſemitas ejus (*a*) diſcite ab illo (*b*) *(a) Prov, 22.*
# Exemplô, *25 (b) Iudic, 16 5, (c) Apoc.*
Diſcatis Sapientiam (*c*) Iuſtificationes (*d*) Bonitatem *6 10. (d) Pſal.*
& Diſciplinam (*e*) Doctrinam & Virtutem (*f*) *118, 5, (e) ibid, 66 (f) Exo.*
Prudentiam multam (*g*) Fortitudinem.(*h*) *23, 10 (g) 3 Reg*
Spiritus Domini (*i*) luctabatur cum eo uſq; manè (*k*) *4, 29 (h) Apoc*
Cum videret, quòd eum ſuperare non poteſt, *5, 12, (i) 1, Reg 10. 10.*
tetigit nervum femoris ejus (*l*) & claudicabat. (*m*) *(k) Luc, 32.*
Vidit Scalā ſtantē, & cacumen illius tangens Cœlū *24. (l) V. 25, (m) v. 31.*
Angelos quoq; aſcendentes & deſcendentes,
& Dominum innixum ſcalæ dicentem ſibi:
Dilataberis ad Orientem & Occidentem, & Septen,
trionem & Meridiem. *Gen, 28, 12, & 14,*
Plantavit Vineam (*a*) vindemiavit botros (*b*) *(a) Gen, 9,*
Dignus eſt Operarius mercede ſua. (*c*) *20. (b) Apoc. 14, 18, (c) Luc,*
Opera manuum illius, *10 7, Deut. 33, 11,*
Opus in modum lilij perfectumq;.
Simile eſt grano ſinapis, *3. Reg. 7, 22,*
qvod acceptum miſit in hortum ſuum & crevit,
& factum eſt in arborem magnam,
& Volucres Cæli requieverunt in ramis ejus. *Luc, 15, 16.*
Quid dicis de te ipſo? *Ioan, 1, 22,*
Paſcebam Patris ſui gregem, & veniebat Leo *1, Reg, 17, 34, 35, & 36,*
vel vrſus, & tollebat Arietem de medio gregis:
Perſeqvebar eos & percutiebam, eruebamq;
de ore eorum.
Leonem & Vrſum interfeci ego.
## Dominus exercituum, *ibid, 15, 2,*
Impoſuit galeam æneam ſuper Caput ejus,
& veſtivit eum loricâ. *ibid, 17, 38,*
Percuſſit Philiſthæum, & infixus eſt lapis
in fronte ejus. *ibid, V, 30.*
A ſagitta volante in die, à negotio perambulante in tenebris,
ab incurſu & dæmonio meridiano, *Pſal. 90. 6,*
liberavit eum. *2, Reg. 22, 18*

Su-

Sume arma tua, pharetram & arcum,

*Gen. 27, 3.* & egredere foras, & affer mihi de venatione tua.

*Ioſue 11, 11,* Percuſſit animas(*a*)& de venatione intulit PATRI.

*Gen, 27, 31.* Qvis igitur eſt? qvi captam venationem adtulit?

*Matt, 13, 55.* I A C O B V S.

*Gen, 27, 33.* **Benedixi ei & erit benedictus.**

*ibid, V, 26,* Da mihi oſculum fili mi, & oſculatus eſt eum.

Ecce odor Filij mei, ſicut odor agri pleni,

cui benedixit Dominus.

Det tibi DEVS de rore Cæli, & de pingvedine terræ.

Serviant tibi populi & adorent te.

*ibid, V, 28,* Qvi benedixerit tibi, benedictionibus repleatur.

*& 29,* In ſapientia & prudentia tua, feciſti tibi

*(a) Ezech, 28,* fortitudinem(*a*)O! I A C O B,(*b*)

*4, (b) Deut, 33, 10, Iudic,* Ita ut ſtupentes ſuram femori imponerent

*15. 8.* Angelus Domini exercituum eſt:

*Malac, 2, 7,* (Deficiet enim me tempus enarrantem:)

**Gedeon, Sãſon, Iephte, David Samuel,**

qvi operati ſunt juſtitiam, adempti repromiſſiones,

opturaverunt ora Leonum, extinxerunt inpetũ ignis,

effugaverunt aciem gladij, fortes facti ſunt in bello,

*Hebr. 11. 32,* Caſtra verterunt exterorum.

*uſq; ad 35,* Magnificavit Dominus, & dedit ei gloriam,

in ſenectute bona.

*1, Par, 29, 25,*

Pondo auri talentum, habens gemmas pretioſiſſimas,

*2, Reg. 12, 30.* impoſitum eſt Caput *David*.

Invenit germinaſſe Virgam,

*Num, 17, 8,* & turgentibus gemmis eruperant flores,

*Acto, 4, 11,* Hic eſt lapis, qui factus eſt in Caput anguli.

Benedic Domine fortitudini ejus,

*Deut, 33, 10,* & opera manuum ejus ſuſcipe.

*& 11.* Percute dorſa inimicorum ejus:

& qvi oderunt eum, non conſurgant.

4155 KZ

KSIĘGOZBIÓR
MARCINA ZAMOYSKIEGO
4143 -KZ